Incipit liber tidei de speculis

Sermo de eo quod est in speculo et in eo quod non est speculum et causis illius quem collegit ex libris antiquorum tideus filius theodori armoniorum medicus. Dico quod illud quod videt homo in speculo terso bene ferri videtur melius seu vermis; ferrum enim bene tersum propterea quod est materie applicatum redditioni lucis cadentis in aere continente quod plurime res, sicut lapis magnetis attrahit dilectionem ferri sine alio lapidum. Et sicut item attrahit capillus alius inclinationem ad actum sine alio capillorum, reddit speculum tersum bene ferri lumen cadens in aere continente redditione optima. Speculum ergo vehementer tersionis est lumen reddit ipsum valde bene. Dicemus ergo accidit speculo ex re cui est aliquod lumine, aut ex essentia sua et ipsius substantia aut ex eo super quod lucet et lumen rei alterius recipit speculum ex lumine illius rei opposite sibi lumen, deinde reddit ipsum simul aut velocissime ipsi eidem aut alii ex eo quod est ei vehementius oppositum, et hec est res quia sicut ille qui eam portus est et fundit in ea, nichil est ergo super quod cadit lumen speculi quod non reddit similitudinem ipsius et sui colorem illi lumini cadenti super se et illo speculo. Et si inde dic quod illud lumen cadens super illam rem recipit formam illius rei et eius colorem. Et sapientes quidam diffi cati sunt in hoc. Dixerunt enim quidam eorum quod visio in speculo et luminibus in ipso est sicut visio lucis influentis cui obviat ei quod apparitur. Et dixerunt quidam eorum quod visus apprehendit per lumen extendens ex se aut per lumen aeris continentis quod habet ex longitudine spatii mille stadia, sicut aspicimus ad illas stellas in ictu oculi et nos non invenimus huiusmodi velocitatem in aliqua specierum motuum mobilis de loco ad locum neque potest aliquis dicere quod aliquid separetur ex visu et perveniat ad illud quod videtur aut ab eo quod apparet ad visum propterea quod scimus quod non est possibile in aliqua specierum motus esse speciem cui sit hec velocitas. Relinquitur ergo ut visus fiat per aerem continentem similiter inter apparentem et illud quod apparitur. Est ergo aer visui sicut instrumentum factus quo agit. Dicimus ergo non posse esse quin aer agens faciat quod agit cum sit secundum dispositionem suam aut alteratus a sua dispositione; si non est alteratus non potest esse quin eius alteratio sit aut propter apparentem aut propter illud quod apparet aut ex utrisque simul. Et si aliquis dixerit quod aer agens vel agit cum sit secundum sua dispositione non alteratus et quod non apprehendit rem nisi parte qua homo obviat corporibus dum sit est baculus vel virga per quam homo obviat rei prohibenti ex corporibus dum est in tenebris vehementibus et cognoscit eam per tactum, dicatur ei quod sic eius visio est hec, visus non apprehendit rem nisi per contractionem et apprehensionem eius, apprehensio ipsius in se ipsa est absque contractione et coniunctione. Qui autem dicit quod aer lucidus alteratur propter diversitatem colorum rerum sensibilium et quod in quantum pervenit eius alteratio velocissime ad visum et sentit eam visus et apprehendit eam, tunc illud est verum apparens detectum. Verumptamen hec apprehensio non sequitur cum colore quantitatem eius quod apparet nec ipsius situm in loco suo neque longitudinem spatii inter apparentem et eius

quod apparitur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1377/0032
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG